



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

III. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

PROPOSITIO IV.

193

II. Sed & sequentibus proxime seculis cognitus hic Liber & usurpatus est. Nam *Probatur*  
pronuntiati istius è primo capite : *Generatio preterit, & generatio advenit*, germanum il-  
lud est Sirachidæ : *Generatio alia finitur, & alia nascitur*. Sententia hæc Ecclesiastis : *Non* eius genere *est enim homo justus in terra, qui faciat bonum & non peccet*, Salomoni tribuitur in libro  
*Regum*. Multa ex eodem libro Ecclesiastis ad Ethnicos manasse à Grotio observatum  
est. Nam Sirachida antiquior Homerus cum dixit : *οὐα τε δι οὐέρχωμεν, Duo simul cun-*  
*tes, annon respexisse videtur ad illud Ecclesiastis : Melius est ergo duos esse quam unum?* Hom. Iliad. K<sub>4</sub>  
Theognis cum dixit :

ἀρχέω μὲν μηδ φῦσαι θλιψίονος ἀξιότω,  
φῶσαι δέπος θύσαι πόλες αἰδανοὶ περῆσσαι.

Optimum hominibus omnino non nasci,

*Natum vero quam citissime portas Oci penetrare.*

referre eum voluisse dicas hæc Ecclesiastis : *Et laudavi magis mortuos quam viventes, &* Eccl. 4. 2.  
*feliciorum utroque judicavi qui necdum natus est : atque item ista : Melior est dies mortis* Eccl. 7. 2.  
*die nativitatis : quod effatum Euripides quoque usurpavit. Qui cum scriberet :*

οὐ λαμπωσεῖς αἰθέρ, ήμέτες ἄγρον φόδος

οὐδὲ λαλούσῃς.

*O lucidum astera ! diei parum lumen*

*Cernere quam suave est!*

& rursum : *οὐδὲ τὸ φῶς βλέπων, Suave enim est lucem cernere : nonne ipsis fere verbis*  
repndit illud Ecclesiastis : *Dulce lumen, & delectabile est videre Solem ? Horatianum* Eccl. 11. 7.  
denique istud :

*Quid sit futurum cras, fuge querere ; &*

*Quem fors dicrum cunque dabit, lucro*

*Appone :*

Horat. Carm.  
libr. 1. Od. 9.

& rursum hoc :

*Tu ne queferis scire, nefas, quem mihi, quem tibi*

*Finem Dii dederint, Leuconōs ;*

numquid ex hoc expressum dicas : *Quid necesse est homini majora se querere, cum igno-*  
*ret quid conducta sit in vita sua, numero dictum peregrinationis sue, & tempore quod ve-*  
*lut umbra præterit ? aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub Sole sit ? Tum ad*  
*istud etiam capitis sequentis : Laudavi igitur letitiam, quod non esset homini bonum sub* Eccl. 8. 15.  
*Sole, nisi quod comedaret, & biberet, atque gauderet, & hoc solum secum auferret de labo-*  
*re suo in diebus vite sue, quos dedit ei Deus sub Sole ; allusione videtur eadem Ode Ho-*  
*ratius :*

*Sapias, vina lique, & spatio brevi*

*Spem longam resces : dum loquimur, fugerit invida*

*Atas : carpe diem, quam minimum credula postero.*

Quibus & ista ejusdem consonant :

*Ille potens sui,*

*Letusque deget, cui licet in diem*

*Dixisse, vixi ; cras vel altra*

*Nube polum pater occupato,*

*Vel Sole puro.*

Horat. Carm.  
libr. 3. Od. 29.

III. At gravissimis argumentis Libri hujus oppugnatur dignitas & *prædictio*, quo-  
rum validissimum cuditur ex allatis proxime verbis, quibus ad vitam belluarum ritu tran-  
sigendam incitantur homines, & ad fruendas voluptates, qua ex gustu, aliisque  
corporeis sensibus percipiuntur : quasi sit unus ille vitae fructus, neque aliud labo-  
rum suorum ac virtutis premium homo sperare possit. Quod non semel hoc Libro  
iteratum reperias. Sed & haec graviora : *Idcirco unus interitus est hominis & jumentorum,* argumenta  
*& aqua est uiriisque conditio : sicut moritur homo, sic & illa moriuntur : similiter spirant seq.* Adversario-  
*rum.* *Primum ar-*  
*gumentum.*  
*Omnia, & nihil habet homo jumentum amplius. Cuncta subjacent vanitati, & omnia pergunt ad*  
*unum locum : de terra facta sunt, & in terram pariter revertuntur. Quis novit si spiritus*  
*filiorum Adam ascenda sussum ; & si spiritus jumentorum descendat deorsum ? Et deprehendi*  
*nihil esse melius quam letari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim*  
*eum adducet, ut post se futura cognoscat ? Similia sunt isthac : Viventes enim sciunt se esse* Eccl. 9. 5.  
*moriuros ; mortui vero nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem, quia oblivioni*  
*tradita est memoria eorum : & ista quoque : Quodcumque facere potest manus tua, instanter* Eccl. 9. 10.  
*operare ; quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erant apud Inferos, quo tu pro-*  
*pereras. Quæ sunt ejusmodi, ut prisci Ebræorum Rabbini non tantum in Thalmudico*  
*libro בְּנֵי capite tertio, ausi sint dicere Ecclesiasten manus contamineate, sed de eo*  
*etiam repudiando penitus & abjiciendo aliquando deliberaverint ; quemadmodum est*

Bb

## PROPOSITIO IV.

194

in Thalmudico tractatu Sabbathi, secundo capite, & apud Maimoniden in More Nevochim, & Aben Ezram; nec alia re absterri fuit, quam quod & initium Libri & finis Legi contentiant. Factum id ab iis narrat quoque Hieronymus. At Philastrius Hæreticos quosdam hinc habuisse cauffam scribit; quamobrem Librum rejicerent. Neque desunt hac artate homines in sacris Voluminibus non tam vitorum suorum medelam, quam impietatis patrocinium quærere soliti, qui his quæ mox adduximus verbis errores suos tueantur. Enimvero parum attente sunt in Libri hujus lectione versati: in quem si altius penetrassent, non ex sua sententia proferre ea Salomonem reperissent. Is enim est Ecclesiastæ scopus propositus, ut de finibus bonorum & malorum disserat. Varias itaque statim ab initio profert opiniones, easque ad examen se suum revocasse, ac tandem repudiasset ait: & in ea demum acquiescit, quæ Deum timendum ac mandata ejus observanda esse tradit. Nam postquam prioribus quatuor Eccles. 4. 17. & 5. 1. & seq. capitibus argumentum id in varias excusas partes; tandem ita concludit: *Custodi pedem tuam ingrediens domum Dei, & appropinquia ut audias: multo enim melior est obedientia, quam stultorum vestimenta, qui nesciunt quid faciunt mali. Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad profundum sermonem coram Deo. Deus enim in celo, & tu super terram; idcirco sunt pauci sermones tui. Multas curas sequentur somnia, & in multis sermonibus invenietur stultitia. Si quid vorabis Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio, sed quodcumque voraveris, redde. Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam, neque dicas coram Angelo, Non est providentia: ne forte iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum. Ubi multa sunt somnia, plurima sunt vanitates, & sermones innumeri: tu vero Deum time. Quibus impiorum hominum susurros, & vanas adversus Deum, Deique providentiam disputationes aperte praediti; Dei vero timorem ac reverentiam, tum & devoti Deo ac simplicis animi obsequium commendat.* Septimo deinde capite sic disserit: *Lustravi universem animo meo, ut scirem, & considerarem, & quererem sapientiam & rationem: & ut cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentium. Ecce hoc ireni, dixit Ecclesiastes, unus & alterum, ut invenirem rationem, quam adhuc querit anima mea, & non inveni. Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscerit questionibus. Quis talis ut sapiens est, & quis cognovit solutionem verbi? Tum sequenti capite: Et apposui cor meum ut scirem sapientiam, & intelligerem distensionem quæ versatur in terra. Et intellexi quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem, eoram quæ sunt sub Sole. Omnia haec tractavi in corde meo, ut curiose intelligerem. Suni justi atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nesciit homo utrum amorem an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta. Idem alibi: *Quomodo ignoras que sit via spiritus, & quia ratione compingantur ossa in ventre pregnantis, sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.* Ex his agnoscitur de rerum cauiss & finibus diu multumque animo suo dispersisse Salomonem; quæcumque autem mente agitaverat, exposuisse hoc Libro; quorum omnium ea tandem est conclusio, inanæ esse ac frivolas, damnoſas etiam ac extitiales hujusmodi disquisitiones; non aliter vero sedatum iri motus illos animi ac fluctuationes, quam si nos supremo Dei arbitrio permittamus. Ex eo etiam quod repugnantia quædam attulerit hoc Libro, demonstratur varias ipsius de finibus rerum tentias proponere voluisse. Velut cum ait: *Melior est canis vivus leone mortuo: supra tamen dixerat: Et laudavi magis mortuos quam viventes, & feliciorem uroque judicavi, qui necdum natus est: & alio loco: Melior est dies mortis die nativitatis.* Scriptit quinto capite: *Hoc itaque vijsum est mihi bonum, ut comedat quis & bibat, & fruantur letitia ex labore suo, quo laboravit ipse sub Sole: contra vero septimo capite: Melius est ire ad dominum luctus, quam ad dominum convivii.* Scriptit alibi: *Letare juvenis in adolescentia tua: tum statim subjicit: Adolescentia & voluptas vana sunt.* Quæ si omnia ex sua ipsius sententia Salomon definitiſſerit, inconstantiae ac levitatis merito argueretur. De exitu vero animæ, ejusque immortalitate ac futura vita quid opinatus sit, diferte ipse declarat his verbis: *Scio quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium: & ipsis quoque: Antequam revertatur pulvis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum: & his denique, in quibus totius disputationis finem facit, & unde ipsius certo debet spectari opinio: Deum time, & mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo. Et cuncta que sunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit.* Quæ quo majoris essent momenti in animis legentium, doctilimos viros à se consolos esse, & ex eorum sententia Librum à se conferiptum ait: *Verba sapientum, inquit, sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi, que per magistrorum consilium data sunt à pastore uno. Consuli jubeo super hoc argumento Gregorium magnum, cuius hæc tantum afferam, cætera studio Lectoris relinquam: His liber idcirco Conscientor dicitur, quia Salomon in eo quasi tumultuantis turba suscepit sensum, ut ea per inquisi-**

Eccles. 11. 9.  
Eccles. 12. 7.  
Eccles. 12. 13.  
Eccles. 13. 11.  
Greg. M. Dial. libe. 4. cap. 4.

tionem dicat, qua fortasse per tentationem imperita mens sentiat. Nam quot sententias quasi per inquisitionem moveat, quasi tot in se personas diversorum suscipit. Sed Concionator verax, velut extensa manu omnium tumultus sedat, eosque ad unam sententiam revocat, cum in ejusdem Libri termino ait: Finem loquendi omnes pariter audiamus: Deum time, & manus eius obserua: hoc est enim omnis homo.

IV. Dixi superioris Librum hunc à Thalmudistis Ezechiae acceptum ferri: cuius Secundum argumentum. opinionis rationes cum quererem, haec mihi ad animum occurrerant: quod Regum gumentum. quarto de Ezechia hæc legantur: In Domino Deo Israël speravit: itaque posse cum non 4. Reg. 18. 1. fuit similis ei de canitis regibus Iuda, sed neque in his qui ante eum fuerunt: & ista secundo Paralipomenon: Fuit autem Ezechias dives & inclitus valde, & thesauros sibi plurimos congregavit argenti, & aurii, & lapidis pretiosi, aromatum, & armorum universi generis, & vasorum magui pretiosi; apothecas quoque frumenti, vini, & olei, & præsepio omnium jumentorum, caulisque pecorum, & urbes adiscavuit sibi; habebat quippe greges ovium & armentorum innumerabiles, eo quod dedit ei Dominus substantiam multam nimis: & hæc libro codem, de festo Azymorum ab Ezechia celebrato: Factaque est grandis celebritas 2. Post. 30. 16. in Jerusalem, qualis in diebus Salomonis, filii David, regis Israël, in ea urbe non fuerat. Ecclesiastes dicitur filius David; ita & Ezechias hoc ipso Paralipomenon libro: Fecit 2. Post. 29. 2. que quod erat placitum in conspectu Domini, juxta omnia que fecerat David pater eius. נָהָר denique appellatus est, sive εὐαγγελίον, hoc est Concionator, vel οὐαβεστής; quippe Ezechias Adduxit Sacerdotes aquæ Levitas, & congregavit eos in plateam orientalem, & ad eos hæc verba fecit, quæ vicefimo nono capite libri secundi Paralipo 2. Par. 29. 4. & seqq. menon referuntur: præterea Perrexerunt cursori ex ejus imperio, & principum ejus, in universum Israël & Judam, juxta id quod Rex iusserrat, prædicantes: Filii Israël revertimini ad Dominum, aliaque subjungentes, quæ cum ipsis sequenti Libri ejusdem capite recitantur. At cum à decem Tribubus, mandata regis Iuda spernentibus deriderentur cursori isti, Regi ipsi à quo mittebantur, & cuius verbis populum alloquebantur, Concionator nomen per ridiculum & cavillum imponere potuerunt. His conjecturis, quantum suspicione assèqui possum, niti potuit Thalmudistarum opinio. Verum ut Librum hunc extorquerent Salomon, Ezechiae vero tribuerent, præter argumenta quibus Ezechiae opus esse posse probant, alia afferenda erant, quibus Salomonis esse non posse probarent: quod non faciunt. Nos vero initio disputationis hujus ostendimus, us signatum esse & expissum notis Libri hujus scriptorem, quæ uni Salomoni converniunt. Quod si in causa sua patrocinium Thalmudista afferant præfixam vicefimo quinto capituli Proverbiorum clausulam, supra à me adnotatam, qua subnexa Parabolæ à viris Ezechiae collectæ esse & descriptæ dicuntur; nos respondebimus hac clausula viris Ezechiae, non Ezechiae ipsi adscribi Parabolaram quarundam collectiōnem, non compositionem: etiam vero earundem compositionem concederemus Ezechiae, non recte inde colligi libri Ecclesiastis lucubrationem huic quoque esse tribuendam. Adde recentiores Rabbinos à Thalmudistis hac in parte dilcedere; quippe qui à Salomone adolescente scriptum doceant Canticum Cantorum, Proverbia ab eo jam ætate maturo, Ecclesiasten vero ab eodem sene, cum ipsum anteactæ vite, & scelerum muliebribus illecebris admissores pœniterent. Unde prodidisse videtur tritum inter illos adagium, quod legitur in Jalut; Hominem dum adolescentem est, cantilenas funditare; dum vir, parabolas; senem factum, sermones de vanitate rerum. Rationes cur libros illos Rabbini adscriberent Salomon, optimas habuerunt; cur diversis eorum confectionem ætatis definirent, longe futilissimas; quod, inquit, Canticum nomen duntaxat suum intexuerit, in Proverbiorum fronte se Regem Israël, Regem vero in Ierusalem initio Ecclesiastis se appellaverit: quæ Rabbinicum salem spicunt. Dixissent Cantici argumentum, stylum, ac compositionem, juvenilis animi studiis convenire; in Proverbis virilem quamdam & constanti ætate dignam gravitatem apparere; in Ecclesiaste, hominis longo rerum usu subacti, ac humanæ vitæ rerumque mortalium vanitatem experti & edocti, & pristinarum noxiarum penitidine tacti, & senilem prudentiam adepti sensus esse expressos; nos quidem facile consentientes haberent.

V. Quæ rationes ad Ecclesiasten Ezechiae abjudicandum valent, ex ad oppugnandam Grotii sententiam, qua Zorobabelem operis hujus constituit artificem, in Tertium argumentum. validæ sunt: cum enim eum ex Salomonis persona à Zorobabele scriptum doceat, minime in Zorobabele reperi neesse est, quæ de se Libri Author prædicat. Supereftigitur ut argumenta perpendamus, quibus in eam sententiam Grotius adductus est. Cum autem duo veniant probanda, alterum Salomonis non esse scriptiōnem hanc; alterum, esse Zorobabelis, (nec enim probare satis esset opus esse posse Zorobabelis nam si paris momenti argumentis probatur opus esse posse Salomonis, pluris esse de-